

Incipiunt capitula octauae distinctiōis.

Ratio quare in octaua distinctiōe de diuersis visionibus tractetur. ca. primū. **DE** sacerdote cui natiuitas Christi in somnis reuelata ē. c. ij. **ITEM** de sorore Christina et eadem natiuitate. c. iij. **DE** diuersitate somniorum. et visiōe spiritali. c. iiii. **DE** monacho qui Christum quasi recēter natum vidit cum Maria et Joseph capitulum. v. **DE** priore qui vidit stellam in nocte dominice natiuitatis super cantantes. c. vi. **DE** Richmunde que in epiphania Christum vidit in presepio. patris vocem audiens desuper. c. vii. **DE** virgine cui Christus apparuit in etate trienni. c. viij. **DE** predicta Richmunde. que dominū vidit in domo pōtificis inter persecutores. c. ix. **DE** virgine cui Christus frequenter vigilanti apparet in cruce. c. x. **DE** Daniele monacho cui Christus apprensus in cruce contulit gratiam lacrimarum. c. xi. **Q**uomodo intelligendum sit. Percussit petram zc. c. xii. **DE** Petro monacho de claustro. c. xiiij. **ITEM** de monacho eiusdem cenobij tentato in cuius aspectu crucifixi vulnera puncta sunt capitulum. xiiij. **DE** Christina monacha cui Christus crucifixus apparuit et senex perungens vulnera eius. c. xv. **DE** sanctimoniali tentata quam Christus complexus est. capitulum. xvi. **DE** duobus conuersis claustrī qui viderūt Christum in aere pendentem in cruce. ca. xvij. **ITEM** de conuerso de Lucka. qui vidit Christum cum quindecim religiosi in aere crucifixum. c. xvij. **DE** crucifixione religiosorum. c. xix. **DE** Conrado conuerso. qui i exthasi factus Christū vidit in cruce. c. xx. **DE** milite cui crux inclinauit. quia inimico suo pepercerat ob illi amore. capitulum. xxi. **DE** sanctimoniali cui crucifixus tenebras tēperauit. capitulum. xxij. **DE** nouitio cuius fronti crux impressa est. cum inclinaret ad gloria patri. c. xxiiij. **DE** monacho pittore. qui in parasceue mortuus est. capitulum. xxiiij. **DE** crucifixo ecclesie sancti Georgij in colonia qui cā panarium traxit. capitulum. xxv. **DE** vindicta in milites. qui hostes suos in ecclesia occiderunt capitulum. xxvi. **DE** vindicta dei in damianus qui fune crucifixus traxerunt. capitulum. xxvij. **ITEM** de concubiibus q̄s crucifixerūt. cum fugere vellent ad christianos. capitulum. xxvij. **DE** Christo qui in paupere conquestus est conuerso se fuisse percussum. capitulum. xxix. **DE** Henrico contracto monacho clarcuallis. qui in sonis vidit Christū in pectore suo obdormire. cū infirmus moreretur. capitulum. xxx. **DE** Theobaldo comite qui in figura leprosi Christi pedes lauit. capitulum. xxxi.

De episcopo qui leprosi nares lingens gemmam decidentes suscepit .c. xxxij. **I**tem de episcopo Salzburgense qui leprosum comūicans vomitū eius sumpsit. cum sacramentum eiecisset .c. xxxij. **D**e odore aromatico in pascha .c. xxxij. **D**e passione Christi .c. xxxv. **D**e sancto spiritu .c. xxxvi. **D**e henrico conuerso. et columba quam vidit super caput Hermanni p̄oris .c. xxxvij. **D**e monacho in cuius capite visa est columba cum legeret euangelium .c. xxxvij. **D**e sanctimoniali cui mentaliter ossum ē sacramentū sancte trinitatis .c. xxxix. **Q**ua similitudine electi dicantur membra Christi .c. xli. **D**e angelis .c. xli. **D**e virgine que per angelum liberata est a stimulo carnis .c. xliij. **D**e conuerso qui angelum frequenter vidit et dicendo gratiam perdidit .c. xliij. **Q**uid operetur āgelus bonus siue malus circa hominem .c. xliij. **D**e sorore christina. que vidit angelum presentatorem animarum .c. xlv. **D**e hominibus qui viderunt reliquias montis Suidinsberg transmigrare in Stromberg .c. xlvj. **D**e militibus templi. quos pagani videre non potuerunt duz horas suas dicerent .c. xlvij. **D**e patriarchis et prophetis .c. xlvij. **D**e monacho clareuallis qui sanctum Johānem baptistam diligit .c. xlix. **I**tem de sanctimoniali eisdem precursori dilectrice. capitulum. **D**e duobus sanctimonialibus contendentibus pro sancto Johanne baptista atqz euangelista .c. li. **D**e canonico Bunnense. quez sanctus Johānes baptista truit .c. liij. **D**e mercatore cui meretricē v̄didit brachium sancti Johannis baptiste .c. liij. **D**e dente eiusdem qui est apud nos et de virtutibus per eum factis .c. liij. **D**e apostolis .c. lv. **D**e femina fortilega. que sanctum Andreā repudiāuit .c. lvi. **D**e pelle vsina sancto Andree emptā per quā mare furens sedatum est .c. lvij. **D**e homine per sanctum Jacobum a suspensio liberato .c. lvij. **D**e Berardo milite quem dyabolus de ecclesia sancti Thome in india in momento trāstulit in terram suā .c. lix. **D**e dente sancti Bartholomei de quo sanguis exiit cum deberet diuidi .c. lx. **D**e femina que sanctum Judam contempsit. capitulum. lx. **D**e braxatrice ecclesie sanctorum Apostolorum cuius domus inter flammās miraculose seruata ē .c. lxij. **D**e Carolo ciue qui lapides ad fundamenta ecclesie eorundem Apostolorum obtulit .c. lxij. **D**e martiribus. capitulum. lxij. **D**e reuelatione martiris nostri. capitulum. lxv. **D**e sanctis ante alkazer in aere visis per quos Christiani adepti sūt victoriam. capitulum. lxvi. **D**e reliquijs martirum qui Bernardum in latere stimulauerunt cum illicite moueretur. capitulum. lxvij. **D**e dente sancti Nicolai in Bru Wilre. capitulum. lxvij. **Q**uare beatus Thomas canariensis plus ceteris martiribus miraculis choruscet. capitulum. lxix. **D**e freno per quod multa fiebant miracula cum eiusdem martiris esse

putaretur et non esset. capitulum. lxxi. **DE** confessoribus. capitulum. lxxi.

DE conuerso cui sanctus Nicolaus apparuit in choro. capitulum. lxxii.

DE fure quem idem confessor a patibulo liberauit. capitulum. lxxiii.

DE Adam monacho quem sanctus Nicolaus cum sancto Paterniano

ab infirmitate sanauerunt. capitulum. lxxiiii.

DE puero opilione cui sanctus Nicolaus mortem suam predixit. capitulum. lxxv.

DE tabula sancti Nicolai apud portetum. capitulum. lxxvi.

DE magistro Johanne cui infirmanti sanctus Martinus et sanctus Godehardus succurrerunt. capitulum. lxxvii.

DE Gerardo abbate claruallis cui sanctus Eucharisus socijs apparuit. capitulum. lxxviii.

DE virginibus. capitulum. lxxix.

DE Theoderico episcopo Liouonie qui sanctam Mariam magdalenam vidit et sanctam Margaretam virginibus assistere vidit cum eas velaret. capitulum. lxxx.

DE Arnolodo monacho Bilariensi quem sancta Maria magdalena tactu sanauit. capitulum. lxxxi.

DE abbatisa in houenc cui oculos sancta Luchildis curauit. capitulum. lxxxii.

DE imagine sancte Katherine ibidem. capitulum. lxxxiii.

DE osse sancte Katherine quod oleum stillauit. capitulum. lxxxiiii.

DE sacris tribus virginibus que de Folkenrode reuerse sunt Coloniā. capitulum. lxxxv.

ITEM de duabus virginibus vndecim milium que per reuelationem sunt inuenta et nobis donate. capitulum. octogesium sextum.

DE viatore qui de earum reliquijs miraculose obtinuit. capitulum. octogesium septimum.

DE conuerso quem sacra virgo in somnis osculabatur. capitulum. octogesium octauum.

DE osse equino quod de eorum reliquijs miraculose proiectum est. capitulum. octogesium nonum.

DE puella que ad himnum Te deum laudamus chorum psallentium in celum transferre vidit. capitulum. nonagesimum.

DE his que Hermanus abbas vidit de loco nostro. capitulum. nonagesimum primum.

DE Rudolpho qui illotis manibus timuit tangere aspersorium. capitulum. nonagesimum secundum.

DE monacho qui in excessu factus propriam vidit animam. capitulum. nonagesimum tertium.

DE sanctimoniali que propter defectum vnius pectancie mirifice consolata est. capitulum. nonagesimum quartum.

DE conuerso qui dicendo perdidit dulcedinem diuinitus concessam. c. xcv.

DE viatore prophetici spiritus qui apparuit Henrico conuerso. c. xcvi.

DE Rudolpho canonico de Aldensele cui viri candidi horas canonicas decantauerunt. c. xcviij.

Incipit octaua distinctio de diuersis visionibus.



Mirari poteris quare distinctionem diuersarū visio-
nū ad octauum distulerim locum. Non absqz ratiōe
et causa sacramenti noueris hoc factum. Sicut enīz
Christus in euangelio scalam cōposuit ex octo bea-
titudinib⁹. per quam celos ascendere possit omnis
Christianus. Ita in hac distinctione. scala erigenda
est ex totidem ordinibus per quaz humane visioni
condescendat celestis exercitus. Duo latera huius
scale duo sunt genera visionum corporalis scilicet et spiritualis. Ita tñ
vt per spiritualem omis visio intelligatur in qua solus spiritus operat̃.
Apollonius Que est visio corporalis? **Cesarius.** Cū aliqua dei dono
corpali⁹ vident̃ et p̃ illa aliquo signat̃ vt sic. **Helise⁹** vtoit curr⁹ igneos i
rapu. **Helie** et rex **Balthasar** articulos man⁹ scribētis i parietes. Hac vi-
sioe sepe āgeli nec nō et aīe s̃ctoꝝ in subiectis corporibus a mortalib⁹
oculis corporeis contēplantur vt postea dicitur sub exemplis. **Apollo-
nius** Que est visio spiritualis? **Cesarius.** Que fit per imagines sine cor-
poribus vt fieri solet in exthasi et in s̃ōnis. Sub hac cōprehēdam⁹ et visi-
onē intellectuālē licet multū ab ea differat quā quidā dicūt esse triplicem.
Enigmatica scilicet quā habēt viatoꝝes. presentariā qua vtantur ciues
et mediastinā quā habuerūt **Ad am** et **Eua** in **Paradiso**. **Apollonius**
Quid est visio intellectualis? **Cesarius.** Visio intellectualis siue mēta⁹
est. qñ nec corpora nec imagines rez videntur sed in incorporeis substan-
tijs intuitus mentis mira dei figitur potētia. In supremo gradu hui⁹ sca-
le locemus **Christū** qui deus est ⁊ homo. caput ⁊ origo s̃ctoꝝ omnium.
In secūdo gradu descēdēdo ordinē āgelozum. in tertio gradu ordinem
patriarcharū atqz p̃phetaz. in quarto gradu ordinē apostolorū. in quin-
to gradu ordinē martiz. in sexto gradu ordinē cōfessoꝝ. in septimo gra-
du ordinē virginū viduaz et cōtinētū. in octauo gradu visionē quarūli-
bet rerū miraculose apparētū. **Donitius.** Quali modo siue in qualib⁹
formis celestes spiritus vtrū sint angeli seu humani. mortalibus se viden-
dos exhibeāt. magis exēplis qz sentencijs scire desidero. p̃missa tñ prius
visione dei ac saluatoris dñi nostri **Ihesu Christi**. **Cesarius.** Inuoca
mecū spiritū sanctū qui ab ipso p̃cedit de cui⁹ etiā apparitiōe mirabili ali-
quid dicere p̃pono. vt qd̃ postulas digne valeā adimplere. Licet. idiuisa
sint opera s̃cte trinitatis. et patri filius. atqz vtriqz spiritus sanct⁹ credat̃.

cōsistēcialis nunq̄ tamē in s̄biēta creatura pater mortalib⁹ apparuisse reperitur qđ de filio et spū s̄cto dici non potest. **D**uas siquidē in Chri sti p̄sona naturas confitemur diuinā et humanā. **S**ecūduz illā lucem ha bitat inaccessibile in q̄ nemo eū vidit vnq̄. **S**ecūm istā humanā scilicet in terris est visus et cū hominibus cōuersatus. **V**isus est enī añ legē ⁊ sub lege a patribus h̄ i aliqua subiecta creatura visus est tēpore gratie in hu mana natura. **E**t licz semel ex virgie sit natus. nutritus ac lactatus semel a magis adoratus. ⁊ in tēplo p̄ntatus passus ⁊ a mortuis suscitatus. ascē ditqz i celū atramē vsqz ad diē iudicij eadem sacramēta mirabiliter quo dā modo reuocare nō desinit secūdm p̄dicta visionū genera suis dilecti. et electis nunc in infancia et puericia. nunc in adulescencia et iuuentute su am presentiam exhibēs sicut sequentia. declarabunt exempla.

Capitulum. ij.

Sacerdos quidā de domo nostra dū de sacramēto incarnatiōis Chri sti plurima cogitaret. nocte quadā per visū in natiuitate eius dē rapt⁹ ē i diuersorū. **I**n q̄ dū audiret qz virgo eēt pitura r̄ndit Chri stus semel natus est denuo nasci nō poterit. **S**i virgo hec paritura ē aliquis p̄pheta magnus de ea nascitur nō Chri stus. **V**ix verba finieat et ecce illa sine omni dolore pepit filiū pannisqz inuolutū monacho porri gebat. **Q**uē ille inter brachia sua colligēs ac deosculās. mysteriū itellerit ⁊ motu dulcedis illius euigilās p̄missas cogitatiōes tā iocūda visiōe re muneratas minime dubitauit. **E**cce visio hec spūalis fuit h̄ in s̄onis facta **A**liā hunc s̄biūgam visiōē quā discernere nō possum. vtrū in s̄onis siue p mentis excessum contigit propter diuersorum relationem.

Capitulum. iij.

Dominus venerabilē Chri stinaz virginē cui⁹ in precedētibus me moria habita ē i Burgis s̄ctimōialez visiōe sue natiuitatis leti ficare volēs. tpe quodā ei cū matre ⁊ Ioseph apparuit p̄nis in uolut⁹ et in p̄sepio reclinat⁹. **E**rāt enim h̄dē p̄niculi lanei et albi a p̄nis sorozū nihil differentes. fascia vero qua mēbra eius ligata erāt gr̄ici co lozis videbatur. vides quāta humilitas. quanta pietas in dei filio! **P**an nos suos p̄nis ordinis cōformare dignatus est. vt āplius illa de suscep to habitu gratularet. **S**imile habes in supiozi distinctiōe capitulo. xvi. vbi dñō Chri stiāo de claustro moziēti i cuculla cū matre apparuit. **A**pol loni⁹. **Q**uod gen⁹ visiōis videt tibi p̄cellere illud. s. qđ fit i s̄onis. siue quod fit in excessu mentis. **C**esari⁹. **E**t plenius de hac questione te expedire

Octava
p̄dictam
Dominus
ratione illi
modis se
merito
at nō dū
qz r̄ndit
lato. s̄cti
nos. **I**lla ē
portare m̄
siles r̄ndit
cod. qui int
interpretat
bonyamin
fit infirmus
apostolus
pus nō dū
pocal. mag
u qđ ma
nō visiō
iudicare d

In
bo
tēs ad que
spūm eū
eudāct
natiuitatis
vice. ⁊ illi
tunc p̄sum
tūlure dū
vna cepet

ualeam diuersas somniorum causas tibi distinguam.

Capitulum. iiii.

Homniū quāquā sit ex reliquijs cogitationū et curis. quāquā ex crapula quāquā ex inanitione ventris. quāquā ex illusionē et fantastica imaginatiōe inimici sine precedēte cogitatiōe. quādo quāquā ex pmissa cogitatione illusionē secuta. quāquā per reuelationem spiritus sancti. que multis modis fit. et ē hoc genus somnii dignissimū. Nec tamē minus imo magi. meritoriū ē. si cogitatio sancta precesserit. Igitur quocunquā modo visio fiat nocturna meo iudicio illa que fit per mētis excessū antefertur quā certior quā rarior. quā iocundior. Prior visio quā de celestibus ē proprie dicitur reuelatio. secūda contēplatio. In vtraquā homo moritur exterior. et viget interior. Illa ē infra rationē et ideo habet meritū. ista supra rationē vñ magi. pertiere videtur ad premiū. Quādo mens per cōtemplationē in deū vadit sensus rationis deficit. Hinc ē quod in ortu benyamin Rachel moritur. Rachel qui interpretatur visū principiū. designat rationē. Benyamin cuius interpretatio ē filius dextere. cōtemplationē. Rachel vero in natiuitate benyamin moritur. cū de ratione celestium cōtemplatio nascitur. Quāte sit infirmitatis sēsus rationis mēs intra se experitur. Quod si verū nō cēt apostolus excessū suū manifestās nō diceret. Siue in corpe siue extra corpus nescio deus scit. **A**pollonius Licet visio spiritualis dignior sit corporali. magis tñ me delectat audire exempla de ista quā celestes spiritus siue quod maius ē ipsū creatore spiritū oculis corporeis posse videre omnib' visionibus añpono. **C**esarius. Visionem nunc tibi referam de quā iudicare debes vtz spūalis sit an corporalis est eiz de natiuitate Christi.

Capitulum. v.

In clauastro monach' quōdam in magna erat deuotiōe et videbat bonā dei manū super se habere. Erat quippe in opere manū strēnuus. in oratiōe psalmodia deuotus. potens ad vigilādū et feruēs ad quodlibet iniūctū. Cūquā tā bonū circa festū oīm scōrum habuisset spūm eiusquā nullū aut modicū per plures dies sēisset detrimētū. cepit nō tā audacter quā reuerēter a dño precib' exigere vt euz in festo sue sanctissime natiuitatis qualicūquā cōsolaret visitatiōe. Aderat iā vigilia natiuitatis dñice. et ille nec dū tepuerat a deuotiōe nec a supradicta defecerat intentione psumēs et pflagiens aliquid de diuina dignatione. De nocte autēz vbi surrectum ē ad matutinas tātus torpor inuasit corpus ei' et aiām ei' vt etiā teperet eū viuere. Intrauit tñ chorū cum alijs nil psallere valens

aut volēs **D**ulcissimā illā solemnitatē ex toto vt sibi videbatur amissur^{us}
a desiderio suo frustratus. **A**ccessit vero ad eū alius monachus inueniens
vt pro ipso respōsoriū decimū cantare debuisset. **A**t ille nō infirmitate p^{er}
peditus h^{ic} desidia deuictus signuz refutabat. **S**ic ergo felices illas vigili
as et solēne gaudiū infelici torpore trāsigebat. quippe quez non psallere
nec ad rñsoria surgere licebat. **I**n decima lectione sedebat. sibi vigilās q^{ui}
dē h^{ic} clausis oculis ⁊ cogitabat suas molestias in amaritudine animi sui
Dicebatqz sibi secū ratiocinādo. **E**cce sic ⁊ sic habuisti. hec et hec petisti
vbi nūc est illa deuocio vbi spes illa et pia de diuina pietate presumptio.
Quid nūc agitur tecū? **E**t adiecit. **P**ecieras vt aliqua tibi reuelatio fierz
Et si modo fieret quid potissimū videre eligeres? **U**tique dñm **C**hristum
vel dulcissimā eius matrē aut certe ambos simul. **C**ūqz h^{ic} et huiusmōi
cogitationibus occupatus sederet vigilās vt supradictū ē h^{ic} clausis ocu
lis lector dixit **T**u autē dñe. **E**t cātor surgens. subiūxit respōsoriū. **B**n
dictus qui venit in nomie dñi. **E**t ecce astitit añ illū torpētē monachus
matrona quedā reuerēdi vultus ⁊ incōpabilis pulchritudinis habēs in
brachio infantulum adeo puulum quasi recēter natū. inuolutū fasciolis
vilibus valde ⁊ abiectis in tantū vt etiam super vilitate earum ille cōpas
sionē conciperet. **E**rabat autē quasi retro ipsam senex amictus pallio. in
dutus tunica ⁊ pilleus nō acuminatus super caput eius que omnia vide
bantur esse de lana alba ⁊ munda vultū tamē senis videre nō potuit sū
pillei impediēte. **V**idit etiā fūsum eū licio pendere a latere matrone sed
colū vidisse se nō meminit. **V**idit et qz clarius videre voluit qz vidit nihil
vidit. **A**perit enī carnales oculos et gloriozā illam visionē perdidit. **E**t i
tellexit qz beata virgo fuisset illa matrona. infans **C**hristus. et senex **J**o
seph. **E**t recepit in illa hora spiritū suū bonū ⁊ reliquū sancte solēnita
tis transegit in gaudio magno. **A**nno gratie. m. cc. xiiij. facta est visio hec
Apolloniū. **Q**uia genus huius visionis discernere nō valeo ad tuum
illud examen transmittō. **C**esariū. **E**xpertorū esset talia diffiniri. **Q**d
si dixerō visionem istā fuisse spiritualem obijcitur qz nō sit in somnis facta
quia monachus tūc vigilauit. neqz in exthasi quia sensuum exteriorūz co
tempore bene compos fuit. **I**tem si iudicauerō illam corporalē rñdes
qz oculis corporalib^{us} clausis corporaliter videre non potuit. **Q**uid ergo?
Audi de hoc meam opinionē non assertionem. **Q**antum ex alijs visioni
b^{us} colligo. corporalē vidē si potuit qz lucidū **C**hristi aspectū cuiusqz celesti
ū tā subtilis palpebrarū prohibere nō potest paries. **H**inc ē qz iclusa que
dam cum a sathana sub specie angeli illuderetur frequentius et hoc cui
dam sacerdoti litterato confessa fuisset. volos illius non intelligens. **R**n/

H saluano
pericore
cum vid
cut inelli
pus obē
calpi die
na. Et in f
victa tibi
videre m
sti natum
lonius. f
infancia a
nes quas

Q uibus frequ
in monte la
Responso
ozans in et
pro positu
tationem
his excenti
rebolter del
timum in
qz uantū fu

dit ille. Cū denuo tibi apparuerit oculos claudere. Si āgel^o fuerit dñi bon^o nō min^o eū videbis. Si vero mal^o illū ita videre non poteris. Quod verū esse didicit experimento.

Capitulum.vi.

Hlteri cuidā sacerdoti supradicte domus tūc priore existēte. dñs sub alio typo natiuitatis sue misteriiū oñdit. Cū in quarta dñica aduētus cātoꝝ rñsoꝝiū Intuemini quātus sit iste. qui ingrediē ad saluandas gentes incipet et pars cōuentus ad libzum stans inceptum periceret. in choro abbatis sup formā cui cantātes innitebāc circulū lucidum vidit ⁊ in circulo stellam clarissimam radiātem. Et mox intellexit sicut intelligere debuit q̄ stella eadē designaret chzistū Circulus vero lucidus orbē terrarū illius aduentu illuminatū. Se stellā esse testatur in apocalipsi dicens. Ego sum radix et genus Dauid stella splendida ⁊ matutina. Et in sancto euangelio se appellat lucē mūdi. Hec d̄ Chzisti natiuitate dicta tibi sufficiant sciasq̄ me hanc visionē ab eius ore audiuisse. qui eam videre meruit. Porro q̄ glorioza visio cuidā sacerdotū nostrorū in Chzisti natiuitate de Chzisto sit ostensa audies in distinctiōe sequēti. **A**polonius. Precor vt gradatim ascendas de festiuitate ad festiuitatez. et de infancia ad iuuentutem nostri saluatoris. **C**esarius. Sic faciam visiones quas in illis et de illo factas noui tibi recitando.

Capitulum.vij.

Uirgo quedam circa hoc triennium defuncta est Richmundis nomie habitu secularis sed vita religiosa valde ac spiritualis Jeunijs et obsecrationibus semper vacabat mente sepissime excedens. Ita vt celi secretis interesset et celi regem cum celi ciuibus frequentius videret. In quadam solemnitate Epiphaniarum cum in monte sancte Walburgis interesset matutinis et abbatisa inchoasset Responsoꝝium duodecimum scilicet In columbe specie. Illa vigilans et orans in recessu facta Christum infantem pannis inuolutum et in presepio positum coram se vidit et circa illum quasi thronum aereum ad similitudinem iris. Eratq̄ ex vtraq̄ parte eius multitudo angelorum manibus extensis eum adorantes et oculorum suorum acies in illum indeclinabiliter defigentes. Nec mirum. Ipse est preciosus ille forma pre filijs hominum in quem teste apostolo angeli concupiscunt prospicere. Cum q̄ ventum fuisset ad locum illum paterna vox audita est. non conuentum

illa beata in qua tunc temporis sensus exteriores defecerat sed patres audiuit dicentem. **H**ic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Erat enim dei filius et hominis tanti decoris et vox patris tanti dulcoris ut exprime mihi non sufficeret. **R**equisita etiam a me quales essent effigies angelorum respondit. Staturas habent humanas facies virginibus simillimas genas ad instar rosarum rubretes et in reliquis membris intectis niue candidiores. **A**lias etiam adhuc retulit visiones quas locis competentibus replicabo. **D**e festo vero purificationis habes in distinctioe superiori. c. xx. visionem mirificam virginis de **Q**uidone. **A**pollonius. **I**puto huiusmodi reuelaciones quandoque ex affectu orationis obtineri. **C**esarius. **H**oc certissimum est

Capitulum. vii.

In Francia virgo quaedam Christum in etate trium annorum. quam iam loqui per naturam poterat. videre desiderans. hoc ut fieret precibus instabat. Erat enim tam perfecte vite ut non immerito talia presumere et exaudiri speraret. **D**ie quadam cum dicta missa ipsa populo omni egresso sola in ecclesia moram faceret et oraret infantem quasi triennem circa altare deambulante conspexit putans a matre illum ibidem neglectum. Erat enim speciosissimus. et tante gratie vultus eius. ut in illius aspectu delcanta ad se vocaret et manibus demulceret sic dicens. **D**ic mihi bone pucule ubi est mater tua? **Q**ui dum ei nihil responderet. estimans illa utpote infante eum non dum posse fari. **B**urrit. **N**osti dicere pater noster tuum? **A**d quod dum non responderet ut prius. **A**diecit. **D**ic post me **A**ue Maria gratia plena dominus tecum est. **E**t dixit post eam infantulus eadem verba tam hilariter et tam distinde. ut illa miraretur. **S**imiliter factum est de clausula secunda. **B**enedicta tu in mulieribus. **C**um vero ei proliceret. **E**t benedictus fructus ventris tui. totius humilitatis magister sua inspiratione sciens scriptum **N**on te laudet os tuum sed alienum. eandem clausulam dicere noluit. sed mox illa intente per orationem formam celos penetravit. **T**unc primum virgo venerabilis se ex auditam intelligens. gratias egit Christo qui tam celeriter impleuit desiderium suum ex semetipso. **I**pse reuera dominus **I**hesus est fructus ille benedictus. **D**e quo psalmista cecinit. **E**t erit fructus terre sublimis. fructus terre filius Marie **B**enedixisti inquit psalmista domine terram tuam **N**on poterit gignere terra benedicta. nisi fructum benedictum. **A**pollo **n**ius. **D**ignum mihi nota videtur. quod dominus orationem proprio ore editam recitare renuit. et in verba quibus matrem beatificare videbatur. mox erupit. **C**esarius. **E**xemplum nobis dedit ut et ita faciamus. **S**ermonem iam in longum protraximus tam in presenti distinctioe. quam in precedentibus de apparitione infantie saluatoris. **C**lis

nunc aliquas audire ex illis visionibus. quibus se ostendere dignatur suis amicis in etate perfecta. **A**pollonius. Volo et desidero. et maxime tamen de illius passione. **C**esarus. Bene moueris. Passio enim diuina prima est solemnitas post purificationem. Ipsa est festum appreciationis. Per ipsam tartarus est destructus. Paradisus apertus. captiuitas captiuata. mors euacuata. Passio omnium tribulationum humanarum est antidotum. Contritionem excitat. lacrimas producit. tentationes compescit.

Capitulum. ix.

Dedita Richmudis tempore quodam ut puto diuine passionis. cum de ipsa meditando valde coteretur mente excedens mox per spiritum in domum quandam amplam et hyemalem rapta est. in qua saluatore stante vidit nudipedem et quasi captiuum et circa illum multitudinem iudeorum. Stabat enim demisso vultu sola tunica indutus atque discinctus manibus etiam demissis. Tunica eius flauum videbat habere colorem et sicut ipsa mihi retulit in diuersis angulis domus deni ac duodeni ad instar cycnarium congregati susurrabant. de morte illius tractantes. Erat eorum domus summi pontificis. in qua acta sunt sanctae historiae. que huic acille dei omnia sunt spiritualiter. Quantum huiusmodi visiones mentes religiosas compungant visio sequens ostendit que corporalis est.

Capitulum. x.

Super virgo quaedam religiosa licet adhuc in habitu seculari posita superiori nostro Bertaco cum multis lacrimis retulit. quod saluatore in cruce pendente crucis vulneribus videre soleat. Nec minus ait illum video. si passione et dolore vergente oculos clausero. Ecce hic habes euidentem argumentum. quod visio illa de qua dictum est superius capitulo quanto fuerit corporalis vera iam dicta ex eisdem visionibus tantum proficit ut de diuina passione neque cogitare neque loqui possit sine lacrimis et contritione. De autem de eadem beatissima passione quasi de fronte torrentes lacrimarum deriuentur. sermo sequens declarat. **L**acrima quae cito siccat. torrenti comparatur. **Cap. xi.**

In claustris sacerdos quidam annos paucos defunctus est homo simplex et illiratus Daniel nomine. vite satis dure. Oronibus et ieiuniis infatigabiliter operam dabat. omnes pitacias sibi appoitas recusabat. **H**ic cum vice quadam piscem sibi ab abbate missum refutasset. sequenti nocte in choro dyabolus pro se vidit assistere. et piscem quem ipse despererat manducare. Pro qua inobediencia corporaliter quidem satisfecit. sed non plene ab obstinate recessit. **P**ost vero in agone. sensibusque iam vniuersis per mortuum. sola in oratione

labia mouebat. et mor pectus non audiebatur. et sic vltimū in psallēdo spiri-
ritū reddidit. **Iste Daniel** multas reuelatiōes habuit. multa vidit. h̄ pau-
ca innotuit. **Cōfessus** est tñ tribus vicibus sibi dñm apparuisse. **Prima** vi-
ce in cruce añ graduū presbiterij. **secūda** in cādidis vestibus añ manus al-
tare. **tertia** in ignea forma desup altare. **Cui cū saluator** diceret. puto qđ
i prima fuerit apparitiōe **Daniel** pete a me quod vis et fiet tibi. **Ille** sicut
mihī retulit quidam senioꝝ dom⁹ illius. **Respōdit**. dñe sufficit mihī gr̄a
tua. nil aliud a te peto. nisi tñ vt lacrimas habere possim. quociēs passi-
onis tue fuero recordatus. **Et dñs**. habeas tibi hāc gratiā. **Ab illa** eiz
hora sicut audiui. qñ passiōem Christi cogitare aut loqui cepit. mor lacri-
me eruperunt. **Nec mirum**. **Christus** **Ihesus** ipse ē silex ille limpidissimus.
qui aquas indeficientes filijs Israel ministravit i deserto. **Bibebāt** oēs
de spiritali cōsequēte eos petra. petra antē erat **Christus**. **Apollonius**
Quomō ē intelligēdū hoc qđ in psalmo legiū. **Percussit** petrā. et fluxerūt
aque. abierūt in sicco flumia. **Cesarius**. **Nota** ē de hoc historia. allego-
ria satis vltata. **Idcirco** tibi dicē volo. qđ pñti visioni congruat. et men-
tem tuam moraliter edificet.

C Capitulum. xli.

Percussit petrā i. **Secūdu** tropologicū. i. moralez intellectū **Moy-**
ses homo ē claustralis. quē regis filia. i. gratia diuina misericordi-
ter tulit de flumine vite secularis. **Interp̄tatur** enim **Moy**ses. sūp
tus ex aqua. petra cordis ē duricia. vīnga crux dñica. percussio. passionis
Christi recordatio. **Petre** scissio cordis est cōpunctio. **Bis** **Moy**ses vt le-
gitur percussit silicez. et tūc primū pfudit aquā. **Primus** idus p̄inet ad pas-
siōis Christi mēoriā. **secūdo** ad passiōis op̄passiōez. **Jude** silicē semel percussit
qz Christū passū qñqz cogitat. h̄ nō cōpatitur. et ideo cor eius scindi non
potest ad lacrimas. quib⁹ abluat sua peccata. **Tu** vero si cogitatiōi op̄as-
siōem addideris. petrā bis percussis. et vir eē poterit qñ cor tuū scindaē ad
cōpūctiōē. et flumia lacrimaz ide erūpētia p oculos creāt. atqz p maril-
las decurrētia. quasi i sicco flumia etiā ipetu suo terrā infūdāt. **Apollo-**
ni. **Placet** qđ dicis. **Cesari**. **De** Christi passiōe medicina sit contra tē-
tationes dicam
tibi exempla.

C Capitulum. xlii.

Herat in predicto claustro quod alio nomine **Hemmenrode** di-
citur. **Juuenis** quidam bone indolis et laudabilis ad modum
conuersationis. **Petrus** nomine de confluentia oriundus cui cre-
berrimas dñs deus fecit consolatiōes. **Quedā** ex h̄is q̄ dicitur sū de illo

superi tibi recitauit quod idcirco replicare dignum duxi. quod postea eandem plenius
 et verius a quodam eius confratre familiarissimo cognoui. Nam audiuit alii
 quoties voces psallentium in sublimi. Quodam etiam vice cum ministraturus
 domino Karolo abbati quodam vilarienti confessionem dixisset et absolutionem
 de more deuotius acciperet. Audiuit vocem de celo dicentem sibi dimissa
 sunt omnia peccata tua. Alio etiam tempore cum sacriste missam celebraturo
 ipse astaret. et lampas extincta fuisset lumen aliunde afferre volens. sed angu-
 stia temporis preoccupatus non valens flatu lampadem reaccendit. Sane hu-
 ic iuueni studium erat semel in die ad minus reuoluere et recitare sibi sanctis-
 sima et dulcissima passionis Christi improperia. gratiarum spiritualium ef-
 ficacissima incitamenta. In quo studio tantam per dimidium circiter annum. diffi-
 cultatem passus est. ut quasi non sibi valere huiusmodi meditationes arbitrari
 debuisset. Tandem cum perstitisset pulsas et illatas sibi iniurias et difficultates
 indefessus affregisset. secreta illa Christi violenter intrauit. ac deinceps si-
 ne difficultate. et quasi ad manum paratis quotidie epistolis. meditationi-
 bus illi suauissimis cum magna iocunditate visus est. In canone quoque non
 magnopere curabat orare. sed de passione Christi meditabatur. habere
 item in desiderio. et tam humiliter quam vehementer optabat reuelare si-
 bi diuinitus aliqua imagine vultum saluatoris. ut cum meditari debuisset
 ad eundem vultum quasi conspectum et bene cognitum. facilius intuitum mentis
 imaginarie dirigere posset. Et dominus qui hoc ei inspirauit desiderium. non
 fraudauit eum a desiderio suo. Laborabat ergo mirabili ac multiplici luxu-
 riantis carnis molestia dyabolo interitum. hoc domino perfectum ei de temptationi-
 bus ordinante. Unde cum quodam tempore in angulo chori conuersorum diuti-
 us et deuotius orationi incubuisset. diuinum implorans auxilium ne sineretur
 labi in peccatum. post horam surrexit et recessit. Siquidem in memoriam ei venit
 quod aliud quid agere habebat ex precepto. Ascendens ergo per stalla. transi-
 tum habuit per ante altare infirmorum et conuersorum. Ubi cum peruenisset
 veniam celeriter accepturus coram altari et abscessurus. sub lampade se
 humiliavit et ecce ibi dominus Iesus stans ante eum vel potius quasi
 pendens in cruce. Qui proximissima brachia sua abstrahens a cruce seruum
 suum amplexatus est et tanquam precordiale sibi in signum mutue fami-
 liaritatis eum ad pectus suum attrahendo strinxit. tentationesque illius
 validissimas stringendo compescuit. Sane cum terre procumberet
 optime sui compos erat. sed felici illa visione ita a sensu suo abstractus
 et ita dulciter affectus est. ut non plene scire potuerit. utrum corporeis oculis
 an solo spiritu reuelationem illam recepisset. Atque cum multas tam ante quam post
 solationes acceperit. bene tamen fatetur quod ista supergressa est vniuersas. Tantam

siquidem acceperat gratiarum a domino. vt infra matutinas vir aliqua hora oculi eius sicarentur. Huius rei testis sum ego. qui iuxta illum ad psalmodiam stabam aliquanto tempore. Ita enim seruebat in Christi passione. vt spe martiri Theodericum episcopuz Liouonie sequeretur sine abbatis sui permissione acceperat ille auctoritatem a domino Papa Innocentio. secum ducere omnes qui ire vellent ad propagandum vineam domini sabaoth populo barbaro. Adhuc vt dicunt viuit et ex precepto abbatis sui parochiam in Liouonia regit. vbi predicat et baptizat. multos q̄ tam verbo q̄ exemplo edificat et in fide confirmat.

Capitulum. xliii.

In supradicto claustro alius quidam frater magnam longamq̄ tentationez habuerat dicentibus cogitationibus suis vt heremita fieret. Ad eo hac tentatione deuictus fuit. vt aliqua etiaz loca perlustrauerit explorans aptum sibi habitaculum. Tandē conuersus ad beatam virginem ei se totum commisit ipsam sibi ipsi pro se fideiussorem constituens q̄ quicquid ipsa suggessisset hoc ille sine cunctatione aggredere. Cumq̄ ad beatam virginem sub hac conditione sepius recurret quadā vice oranti ei coram altari vox insonuit dicens. fideiussorem me cōstituisti. ego me absoluere volo. Ille vero erigens se vidit viruz venerandi habitus ante altare assistere crucem in manu tenera crucifixā sctā quinq̄ vulnera digito superinducere et sic videnti dicere. Sic omnis qui ordinem istum quem professus es seruauerit. domino nostrum perungit sicut me vides facere et sic ille a tentatione sua liberatus est.

Capitulum. xlv.

Beate memorie Christine de volmunsteine cuius supra memini. etia crucifixus apparuit et homo senex iuxta eū qui ex pice qua in māu habebat perungebat vulnera illius. Huius tñ visionis discernere nō valeo.

Capitulum. xlii.

Ateri cuidaz sctimoniali ordinis nostri quā nominare nolo. tpe quodā cum esset grauissime tentata. dñs Ihesus Christus toti ecclesie spōsus visibiliter apprens. amplexatus est eam. et omnez illius turbationem in magnā cōuertit tranquillitatē. Ecce hīs omnibus exemplis habes. q̄ visio dñice passionis nec non et meditatio atq̄ compassio. maximum contra tentationes sit antidotum. Sunt et in illa multiplices consolationes sicut subiecta declarabunt testimonia.

Capitulum .xviij.

Duo cōuersi in ihēmenrode in quadā **S**rangia eiusdē domus q̄
dā tempore manebāt **S**rabāt autē simul vice quadā ⁊ hora com-
pletorij deo sue seruitutis p̄sum persoluebant. **D**icto cōpletorio,
respicēs vnus ad celum vidit in sublimi crucē splendidā. ⁊ in ea dñm cru-
cifixum **E**rat autē crux illa adeo splendida. vt ab ipso sp̄dore se inuicez
cōuerentur clarissime **N**am alias tenebre erant super faciem terre **E**rat
eni hyemis tēpus **E**t qz loqui nō licebat. signū fecit alteri quasi interro-
gans. si aliquid videret? **A**t ille nihil videre signauit tūc ipse signū illi fecit
vt genua flecteret et oraret. **Q**uod cū fecisset ābo simul. erectus post pu-
sillū tante visionis factus est socius ⁊ testis. **A**mbo adhuc vt puto viuūt
nec licet prodere noia illozū. **A**pollonius. **Q**ue tibi videtur causa fuisse
tante visionis conuersorum eozūdem. meritum an culpa? **C**esarus. **S**i
p̄ter eos visio eadē facta est. alterū videt causa fuisse. bona videlicet vt
ta. vel culpa aliqua siue vtrumqz. **H**oc verum esse vel posse esse verum vi-
sio subsequens declarabit.

Capitulum .xviii.

In Lucka domo ordis nostri cuius in superiore distinctiōe memi-
ni capitulo .xxiij. cōuersus quidā est. sicut ab **A**dām eiusdē dom-
monacho didici. vir bonus et disciplinatus **R**odolphus nomie
cui diuinitus multa reuelantur. **I**hic cū nocte quadā dictis matutinis aī
lucem sub diuo staret. et orationes aliquas diceret. **C**hristū in aere cruci
affixum p̄dere vidit et circa eum .xv. homines singulos in singulis cruci-
bus. **E**x quibus decē erant monachi. ⁊ quinqz cōuersi. oēs ei bene noti vt
pote congregationis sue professi. **I**ta aer fuerat illuminatus ex christi p̄-
sentia vt singulos plene discerneret. **C**umqz stupefactus staret ob tam mi-
rabilem visionem. **D**ominus de cruce clamauit. **N**osti **R**udolphe. qui sint
hij quos circa me vides crucifixos? **R**espondente conuerso. **N**oui domi-
ne qui sint. sed quid sit quod video prozū non intelligo. subiunxit domi-
nus. **H**ij soli ex omni congregatione mecū crucifixi sūt. mee passioni vitā
suā confirmantes. **A**pollonius. **I**n quo se illi cōfirmauerūt? **C**esarus.
Atiqz in obediētia. in paciēcia. in humilitate. in abrenūtiatione tocius p̄-
prietatis p̄prie volūtatis. **H**ec ⁊ hīs similia monachos martires faciūt
in quozū p̄sona p̄ psalmistā dicit. **Q**uī propter te mortificamur tota die.
estimati sum⁹ sicut ouis occisiōis. **E**cce crux. de qua i euāgelio dicit ipse cru-
cifix⁹. **Q**ui nō tollit crucē suā q̄tidie. ⁊ sequit me. nō ē me dign⁹. **D**ō dicit se

mel sicut Petrus sed quotidie sicut Anthonius. Sicut didici nup a predi
cto monacho. omnes illi. xv. adhuc viuunt. excepto vno qui ia dormiuit
in dño **A**pollonius. Nemo claustralium visionem hanc ignorare debet
Cesarius. Veru dicitis quia multi putant se esse monachos et non sunt. ore
et non vita dicentes cum apostolo. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce dñi
nostri ihesu Christi. per quem mihi mundus crucifixus est. et ego mundo
Apollonius. Dic queso quomodo sit nobis intelligendum. quod idem apo
stolus dicit Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vicijs et
concupiscentijs? **C**esarius. Secundum precedentia videt sic intelligendum.

Capitulum. xix.

Hostolus enumeratis operibus carnis. cum exposuisset fructus spi
ritus subiunxit. Qui autem sunt Christi etc. Duplex est religiosorum cru
cifixo. hominis interioris per alienarum compassionem. et hominis ex
terioris per propriam carnis mortificationem. Crux dicitur a cruciatu. Crux
monachorum rigor ordis est. tum propter vigilias et orationes. tum propter
ieiunia et castigationes. tum propter silentium et opera manuum. tum propter
carnis continentiam et vestimentorum stratumque duriciam. Qui autem sunt Chri
sti? qui cum apostolo dicere possunt Christo Confixi sumus cruci carne suam
crucifixerunt. id est cruci affixerunt. cum vicijs opum et concupiscentijs desideriorum
pugnantes. Non ponuntur illi duo genitui plurales instrumentaliter sed pas
sive. eo quod per virtutes in carnis marceratione mortificentur. Tres clau
ibus corpus monachi cruci debet esse affixum. tres sunt virtutes. per quas
teste Iheronimo martires efficiuntur. scilicet obedientia. paciencia. humi
litas. Manum monachi dextram configat obedientia sine murmuratione. sinistra
paciencia sine simulatione. Clauum obedientie impellat amor superne liberta
tis. clauum paciencie timor pene gehennalis. Pedes illius vero humilitas
configat. ut non solum prelati sed et fratribus se propter Christum subiciat. ut
dicere possit cum psalmista. humiliatus sum usquequaque domine. Et in alio
loco. Imposuisti homines super capita nostra. duo pedes. duplex est sup
bia mentis scilicet. et corporis. Et licet superbia caput sit omnium vicio
rum non tamen incongrue per pedes qui in fine sunt partes corporis. quan
doque designatur. Quod enim valde odimus et despiciamus. hoc pedibus
conculcamus. Unde Josue filius israel ut colla regum calcaret. precepit
Apolloni. Satis mihi placet quod dicitis. nunc residuas dominice passionis visi
ones explana. **C**esarius. De dominice suae passionem nunc ad consolationem. nunc
ad correptionem iustis omnium **C**apitulum. xx.

